No 21

Catholicorum Ducatus Prussiae Grauamina

1 Tametsi pacta conuenta aequè Catholico Nobili uti Euangelico Jus Patronatus in bonis auitis concedunt; Tamen Euangelici complures reperti sunt, qui in elusionem pactorum integros pagos qui aliàs ad templum aliquod spectabant, ab eodem auulserunt, quamprimum Catholici Dni jus patronatus alicuius templi habentes Catholicum in eo loco Sacerdotem (quod semper magna cum difficultate effectum) promouerunt. Vnde ob decimarum reliquorumque redituum defectum, templa huiusmodi in nihilum redacta sunt. Vel si hoc facere non possent, tum jus patronatus à Catholicis Dnis legitimè acquisitum et antiqua longissimique temporis possessione munitum in dubium reuocare, uariisque machinis expugnare conati sunt.

2 Sacerdotes Catholicos praesertim Regiomonti etiam quando cum Venerabili Sacramento Eucharistico aegros inuisere solent, grauibus iniuriis afficere vel plebs vel Ministri ipsi impunè solent. Et in particulari Regiomonti quidam concionator Euangelicus binis vicibus Sacerdotem Catholicum qui hominem aegrum in hospitali cum salutari viatico inuiseret, foedo ~~[illegible]~~ exturbauit, ac postea etiam Catholicum aegrum ex hospitali propria authoritate eiecit.

~~[illegible]~~

3 Templum Regiomontanum, neque ornamenta reliqua, neque sedilia aut Campanile habet. Euangelici eo intrantes irrisionibus et subsannationibus tam Sacerdotes, quam ritus Catholicos etiam sub ipso eleuationis tempore ad altare dorso in contemptum Sacramenti verso, impunè excipiunt.

5 De templo adhuc altero iuxta pacta pro Catholicis extruendo
nemo cogitat.

6 Nobiles Catholicos ad nulla officia aut honores admittendos
censent: quinimò si qui de promotionibus huiusmodi solli
citant, eos Dñi Regentes varijs utentes exceptionibus ac
pretextibus rejiciunt. pro ut manifestum exemplum habemus
in nobili Wolffgango ab Olsnitz quem ad ternas etiam S. R. Mtis
literas promotoriales ad Capitaneum Osterburgensem hucusque
Dñi Regentes promouere noluerunt, sed ad S. R. M.
Vram datis literis inanes exceptiones afferunt, quasi arx
ea in finibus Prussiæ sita potentiori Præfecto indigeat,
cum tamen nullum hostem, ex ea parte metuendum habeamus
nisi ipsamet S. R. M. Vram et vicinas S. R. M. Vræ subiectas
prouincias loco hostium habere velint. Rei veritas
autem ea est, quod metuant, ne si ulli Catholico accessus
ad officium aliquod pateat, per id ianua cæteris aperiatur,
de quibus deinde sic promotis sibi persuadent, quod
Catholica oratoria ædificare et Rel. Cath. exercitium
ijs in Capitaneatibus promouere minimè intermittant.

Postremò si locum ullum aut dignitatem Catholica Rel.
eo in Ducatu habere debeat, necessarium omnino est ut al-
ternatis vicibus Catho. indigenæ ex Nobilitate ad offa
et honores prouinciæ promoueantur: F ita ut Catholici
Euangelicis, et Euangelici Catholicis in ōibus officijs et
dignitatibus necessariò succedant. id ni fiat, frustra
ōia statuta sunt, quæ pro Catholicæ Religionis liberta-
te in pactis habeantur. Elusoria preterea deaddentur
ōia quæcunque, uel ad exercitio Rel. Catho. uel de libertate

F sicuti et Civitatenses.

Cum pueri ad scholam [illegible]
prædicantes [illegible]

honorib Catholic. ordinata reperiuntur. ~~siquidem nulla apud Catholi: nec potentia nec authoritas foret.~~ Plurim[redacted] etiā qui ad Catholicam Rel. amplectendam propensi sunt, eo metu ne p eius professionem ab sibi honoribus remoti ēē debeant, ab eodem proposito (quæ est humana fragilitas) resiliunt: quibus malis non nisi p alternatiuam Successionem in dignitatibus succurri poterit. Quod totum Sapientissimo S. R. M. Vræ judicio et Religiosissimæ Conscientiæ Catholici oēs Indigenæ Ducatus Prussiæ humillime committunt.

Fornix Templi Regiomontani fissuris multis et amplis hians iam ruinam minari uidetur.

Domuncula ~~[illegible]~~ pro sacerdotibus, annis etiam aliquot ædificatur, nec perficitur.

Horti Parochiales post tot annos nondum Sepibus cincti Furum et Bestiarum incursionibus; et deuastationib9 patent, ita ut nihil fructuū inde percipere possit Parochus.

Ministri Euangelici ut in odium inducant Catholicos apud rudem plebeculam, in qualibet Concione orant, et Deus eos præseruare uelit

~~At.~~ à veneno Papistarum ~~et Jesuitarum~~.

Opifices quidam aiunt se saluis Juribus ac priuilegijs suis nullum Catholicum posse accepta[redacted]re in suum contubernium. Et uidetur probabile eos tale quid habere à Primo Prussiæ Duce. Operæ Precium facerent Illustres ac Magnifici Domini Comissarij, si inspicerent Erectiones et fundationes fraternitatum ac Contuberniorum, quas Rollas vocare solent.

~~De [illegible] Societatis [illegible]~~

~~Item de [illegible] qui [illegible]~~

~~[illegible].~~

Catholicorum Ducatus Prussie
Gravamina.